



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quod violentia morbi, coecus effectus, ad extremum pro Christianis  
scripserit. Cap. LII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

## EVSEBII DE VITA

*Quod violentia morbi, cæcus effectus, ad extremum pro  
Christianis scripserit. CAP. LII.*

**Q**Vinetiam cum dei plaga vehementius intenderetur, eius exilierunt oculi, & sede propterea elapsi, illum cæcum dimiserunt. Quæ igitur primus contra dei martyres excogitauerat supplicia, eadem ipse iustissima sententia sustinuit. Qui demum dum adhuc his malis conflictatus, spiritum ducebat, Christianorum deo se cõfiteri, & suas, quas contra deum pugnas susceperat, palam elocutus, Palinodias pari ratione cum superiore caneret; legibus etiam & edictis euidenter suum errorem, de diis, quos sibi colendos delegisset aperire cœpit. Solumque deum Christianorum verum esse ipsa experientia se comperisse testatus est. Ista scelera, eorundemque mercedem quanquam Licinius non auditione acceperat ab aliis, sed ipse reuera pro certo compererat, tamen velut crassa quadam caligine menti offusa cæcatus in eisdem quasi volutatus hæsit.

F I N I S.